

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Venit hora, & nunc est. Fol. 644.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. Venit hora, & nunc est. Virtus in caelis ad plausum glorificatur, atque corona iuxta merita conceditur: ceterum necdum omnibus expressa, quippequam non venit hora. Ioanni meritis hora venit, & nunc est: etenim nunc uti summè mirabiles, exponuntur fidelibus canonizate virtutes.
2. Venit hora, & nunc est, qua Ioannis gemina resurgat crux; dum exultat in dolore, doletque simul in felicitate: igitur eum de virtute in virtutem iret, ut ulterius fauste ascenderet; in maiorem virtutis elevationem, superimposuit cruci grandiore cruce.
3. Venit hora, & nunc est. Formula animi tyranni & superbi; dignitatis insolenti potestate. Explicatur arrogantiae electione nudum cor; quia venit hora, & nunc est: igitur post fortunam electionis; tota stolidi insolentia in abusum potestatis.
4. Venit hora, & nunc est. Veniet hora, & nunc est. Venit, quod veniet? Implicationem sonat. Non est, ut tempestive poenitentia fiat: etenim si hora mortis expectatur & tunc fletur; ut compungatur cor, hora venit, & nunc est: hora nunc, quippe ad deploranda poenitudine crimina, priusquam advenerit hora.
5. Venit hora, & nunc est. Per effectum Augusti Sacramenti, videtur in carnisprivio, horam venisse, & nunc esse. Illi, quem illecebris mandus seduxit; quasi hora non advenisset. Cui amoris adhæret vis, hora venit & nunc est: igitur inter mundi delicias, præsentia Sacrae Eucharistia ne titillent affectum, evanescent illecebra.
6. Venit hora, & nunc est. Nunc mortis felicia tempora; ne sit sensibilis, cum venerit hora. Antequam veniat debet venire cogitationi, ne ægrè feratur venire: etenim inimica cogitata; si nunc, quæ ventura, venit, recipitur uti amica.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Quam mirifice excellentia virtutum Ioannis à Cruce! Fol. 660.

DIDASC. 2. Mirabilis gratia S. Ioannis à Cruce in cruce gratia. Fol. 665.

DIDASC. 3. Intolerabilis persecutio potestatis iure furoris. Fol. 670.

DIDASC. 4. Dilationem operis qui amat; in opere cessat. Fol. 676.

DIDASC. 5. Eucharistia Sacramentum secularium oblivio deliciarum. Fol. 681.

DIDASC. 6. Nec ulla res homini magis proderit, quam cogitatio mortalitatis. Fol. 687.



TAUTOLOGIA PRIMA.

ITER FECERUNT PER DESERTA,  
qua non habitabantur. Sapient. cap. 11.  
vers. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.



ANDEM tandem in metam venimus: utinam ut perveniamus, & pro conatu desiderij exultantis, Deus summè honorificetur in nobis. Dat gloria vires, sed vera gloria: quam quidem avidè sinus fovebit pectoris, si fuerit Numinis. In præfenti Tautologia eius indicantur portenta & mirabilia, educentis populum de terra Ægypti, ducentis in interiora deserti, & conducentis in telluris felicitatem promissa. *Bauxit illos faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.* Act. 7. 36. Comprehendit Alcim. *Avitus libr. 5. à vers. 442. incipiens à columna nu-*

Mirabilia  
à Des facta  
cà Hæret  
per ann. 40

bis & ignis, de qua post

*Matavit natura vires: substantia discors  
Muneribus proprijs concordem reddidit usum.  
Si mansit mansere viri; si mota, secuti;  
Si multis etiam visa pendere diebus,  
Subdita desixo tardabant agmina vallo.  
Ista quater deno: miracula visa per annos,  
Tempore quo vastâ Hebrai versantur eremo:  
Vestibus integris, nullaque in parte minutis  
Tunc nulli longo currendi prorsus ab usu  
Desitis soleis, præsci servantur amicius.  
Sic longa fuit, sed non damnosa vetustas,  
Dum sacrum populo victum, candentia Manna  
Fervent, & caeli frugem terrena viderent.  
Protulit irriguis populis sitientibus haustus.*

Alcim  
Avic

Refertur Deuter. 8. à vers. 2. Addit hic Abulenſis, velles cum pueris crevisse, ita ut per ætatem semper corporibus aptarentur. Serarius in *Iosue*, quæst. 25. ex traditione Rabbiorum, inquit: *Tria Hebræos in Ægypto non variasse nomina scilicet, linguam & vestes.* Assentior, modò de habitus loquatur forma, nequaquam de habitus permanentia; quod quidem damtaxat factum in via, ut dicitur à Moysè: *Vestimentum tuum* *Tom. VIII. Laur.*

Serat  
Quanam  
quæst

nequaquam vetustate defecit. & pes tuus non est subtritus: en quadragesimus annus est. Ibid. vers. 4. Virtuti panis Angelorum tribuit Aben-Ezra incorruptionem vestium. Nigatur: aptius applicaretur corruptioni morum. Tenaciter habitus à priscis Patri- bus observasse formam; patet ex eo quod refert Eusebius ex Eupolemo, lib. 9. de Prae- parat. Evang. cap. ult. igitur in amaritudinem Hebræorum, ut risui & omnium vexa- tioni exponeret Rex Amenophis, diversa veste indui iussit. Observat etiam Alapid. in Exod. 1. vers. 10. ut nos, Tom. 6. Taut. 1. Didasc. 5. num. 3.

Unde incor- ruptio ves- tium?

Galeot. Mart.

Solin.

Herodot. Falsum, in exitu Israel de Ægypto, non eam ordinem uni versi.

Ctes.

Sicut calca- se Israel aqua Maris Rubri.

Ex. 13. 17.

Quam du- ra cervix il- lorum

2 Hoccine in articulo fanaticæ quot ineptias efficiant Rabbin! Sed plus illis, au- daciisque desipit Galeotus Martius. In exitu Israel de Ægyptiaca captivitate (inquit de Doctrin. pr. misc. cap. 38.) ordo rerum univ. versi mutatus est, & Sol suo recto tramite derelicto, ad insueta loca pervenit. Ea enim tempestate Scythas, frigidissimo loco positos, tantus æstus invasit, Sole super eorum capitibus vagante, radiosque perpend. culares ta- ciente; ut sub torrida Zona locati iudicarentur: & Ethiopes alias a Sole, & eius ar- dore vexatos, eò tempore mutato cui su frigus oppressit. Hinc incendium Phaeontis. Ain mi homo! Felix mater, quæ talem ac tantam bilateronem effudit. Legit profectò tradi- tiones Ægyptiorum apud Solinum, cap. 35. ubi: Ferunt Ægypti; a primis gentis sue avis traditum, ubi nunc occasus est, quondam ibi ortum Solis fuisse. Latoria refert He- rodotus lib. 2. num. 46. Intra decem in illa annorum, ne in Regibus quidem Ægypti, qui prius aut posterius extiterint, aliquid tale aicebat fuisse; sed intra hoc tempus qua- ter Solem præter consuetudinem fuisse ortum; bis quidem illinc exortum, ubi nunc occi- dit: bis autem undè nunc oritur, illic occidisse: nec tamen sub hæc aliquid in Ægypto esse immutatum, nec ea que ex terra, nec ea que ex flumine ipsi proveniunt. Quid Bomba- lobombax Galeotus? Ordo mutatus univ.ersi, & nihil Ægypti? Quibus epochis tribuet ex quatuor trinam cursum mutationem fulgentis tripudij Solis? Phantasia prof. cò eva- porati fincipitis. Aliquid dixi in Ephem. 14. Mart. num. 4. & impugnavi, Tom. 7. Taut. 8. à n. 34. Quibat dicere Galeotus, quod Ctesias in Ind. c. 5. num. 2. Sol autem oriens in maiori India parte alteri diei parvi frigus; alteri vehementem calorem affert: sicque uterque plauderet insanus.

3 Eduxit Dominus populum ex Ægypto, faciens etiam ultionem in eius idola, que liquefacta, contrita, aut subversa, ut dicitur, Exod. 12. 12. & Numer. 33. 5. & per mare siccum dilectos transvexit, dum simul inimicos suffocavit. Quasi parvi momenti fuisse huiusmodi miraculum, finxit R. Samuel Marrochin aliud in ampliorem plautum: scilicet, fluctus sicco pede calcasse, sicque mirabilis filios Israel in desertum Sur trans- iisse. Summa planè Rabbinorum audacia, estò videant opposita in Scriptura. Vide Exod. 14. à 21. Psalm. 77. 13. alijque in loc. Sap. 10. à 17. Dedit illis in via mira- bili: fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem: transvit illos per Mare rubrum, & transvexit illos per aquam nimiam; inimicos autem illorum demersit in mare, &c. Articulum eiusque circumstantias haud explicio; quippe late fecit, Tom. 6. Tautol. 4. ad illud, Divisit mare rubrum in divisiones. Traduxit in libertatem firmam Deus è servitute dirissima Israel: & ut acquireret sibi populum acceptabilem, sectato- rem bonorum operum, pro lege conduxit in desertum, ubi iudicia sua illis manifesta- vit, & ita miraculis favit & fovit, elementis famulantibus illorum voluntati; ut num- quam taliter fecerit omni nationi. In huiusmodi igitur propositum, iter fecerunt per desertum, qua non habitabantur. En nostra in expositionem Tautologia.

4 Breviori ergo via Deus poterat conducere, ac perducere in terram Chanaan, nimirum per viam Philisthij, itinere ad summum decem dierum, ut constat ex Anto- nini itinerar. Petri Bertij, itiner. Ierosolymit. ex Tacit. lib. 5. Histor. à cap. 2. septem dierum. Ex Philone, 1. de Vit. Moyf. trium dierum. Potuit Deus, sed noluit: causa- que ostenditur, Exod. 13. 17. Non eos duxit Dominus per viam terræ Philisthij, quæ vicina est, reputans ne forte peniteret eum, si vidisset adversum se bella conjurgere, & reverteretur in Ægyptum. Prævidebat futura incircuncisorum corde, ac dura cervicis, vel mirabilia stipenda videntium: etenim absque ullo incommodo, auditis mendaci- bus exploratoribus, lymphatico furore locuti: Utinam pereamus, & non inducat nos Do- minus in terram istam. Nonne melius est reverti in Ægyptum? Dixeruntque aliter ad al- terum: Constitutus nobis ducent & revertamur in Ægyptum, Num. 14. à 3. Luertur ergo penas: igitur ibid. à v. 2. dicit Dominus: Omnes homines, qui viderunt maiestatem meam ( Vide ingenium Iudæorum: quia dicitur, Omnes homines, qui viderunt maiestatem meam) Aler introisse cum Iacob in Ægyptum, & cum Iosue in terram Chanaan. Ita Seder-

Seder-olam, cap. 9. & nos Ephem. 20. Iul. num. 2.) & signa que feci in Ægypto & in solitu line; non videbunt terram, pro qua iuravi patribus eorum. Vestra cadavera iace- bunt in solitudine: filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, donec consu- mantur cadavera patrum in deserto. Iuxta numerum quadraginta a dierum, quibus con- siderastis terram, annus pro die imputabitur, &c.

5 Occurrit quæstio scitu digna, super illud: Annus pro die imputabitur. Hoc acci- dit anno secundo ab exitu Israel de Ægypto. Quomodo ergo anno quadagesimo ab hac egressione ingressi sunt in terram promissam, si edictum fulminatam post annum aliquotque menses? Si numerantur à promulgatione decreti, sunt anni quadraginta su- pra unum ab egressu Ægypti: si ab hoc numerus, non quadraginta annis vagati sunt per desertum, nec annus pro die imputatus. Patet nodus. Quadraginta duos annos exactos ab exitu ex Ægypto, assignant Septuaginta Interpr. in Iosue, 5. 6. ex quibus Augustinus, ibid. quat. 6. inquit: Quadraginta enim & duobus annis conversatus est Israel in deserto. Nonnulli cogitant iuxta utum Scripturæ numeros imperfectos sup- primi, uti diximus Tom. præced. Tautol. 9. n. 20. ufuvenitque, cum dicamus interper- tisse septuaginta, estò fuerint septuaginta duo, sex è tribu qualibet. Non opus est huius- modi effugio, etenim verum, quadraginta & non amplius annis, in deserto fuisse filios Israel; ut ex innumeris sacris testimonijs constat, hosque computari ab exitu: igitur ab Ægypto usque Cades-barne, ubi sententia lata, iter etiam fecerunt per desertum. Exod. 14. 2. 15. 22. 16. 1. 17. 1. 19. 1. & Numer. 10. 12. 11. 34. 13. 1. Unde cum dicitur in deserto per quadraginta annos, constat quadraginta ex illis fere duobus elapsis ab exitu usque ad illam mansionem, in qua expulsi patres à terra promissa: & licet tunc dicatur Annus pro die imputabitur; tempus præteritum non excluditur: etenim func- tione antea facta etiam illucque ambulavit per desertum. Quod ab exitu ex idolorum sentina usque ad transitum Iordanis, dumtaxat fuerint quadraginta anni; per seipso constat. Exod. 17. 1. dicitur: Erat Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. De Moyse, Deuter. 34. 7. subditur: Erat centum & viginti annorum, quando mortuus est. De Aarone, Numer. 33. 38. Ascendit Aaron Sa- cerdos in montem, iubeente Domino, & ibi mortuus est, quadagesimo anno egressio- nis filiorum Israel ex Ægypto: cum esset annorum centum & viginti trium. Eodem anno quo locuti Pharaoni: duces fuerunt populi, servitute exitu excurrentis, in felicitatem opta- tæ amicitia libertatis: quadagesimo ab hinc anno mortui sunt, quo Israelicem in ter- ram Chanaan introduxit Iosue. Liqueat ergo, dum annus in deserto pro quolibet explorationis die imputatur, prioris, & aliquot mensium usque in Cades-barne computan- da momenta; ut in deserto anni implerentur quadraginta.

6 Alia causa longioris via per desertum signat Moyses Deuter. 8. 2. Recordaveris cum hi itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per de- sertum; ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent que in tuo an. mo versabantur: utrum custodières illius mandata, an non. Illos præconoscibat, sed occasione cogno- scuntur certaminis, ut qui probati sunt, mansisti fiant in vobis; iuxta Pauli phrasem. In Ægypto vivebant sine lege: retinuitque in solitudine, an postquam lex data, fove- rent etiam propensionem in idola. Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Unde tantum duo ex tot millibus electi, qui possessione terræ fuerunt digni. Num. 14. 30. Alij manserunt sepulti per desertum, donec complerentur iniquitates Amorrhæorum, quoad Dei iudicia, in seipsis iustificata; & ad penam fecerunt prælitata: haud quia delibet culpa gravi homines non mereantur extingui; sed quia Numine peccata dissimulante propter penitentiam, atterunt improbe indul- tam misericordiam, lapsi & relapsi in peiora, quia citò non profertur sententia: quod quidem Domini patientiam sedentem irritat, ac tarditatem iræ gravitate compensat. Senec. in Hercule. OEtæo, vers. 713. & in Furem, vers. 384.

Semel profectio premere felices Deus Ciam cepit, urget. Hos habent magna exitus. Sequitur superbus vicior a tergo Deus. Tandem tandem Nemesis clauda venit, quia malitia cordis, cui fuga congruebat, man- tet. Evomuit terra, illorum haud valens tolerare delicta: defecitque in terra Chanaan tot nationum splendor dominationis; quippe illo in tempore quoad penam iam com- plecter iniquitates. Non est bonum impio. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniquitates, & contumelias & diversos dolos. Erant Hebræi in deserto, quoniam Tom. VIII. Taut. A 2 que

Numer. 14. 14.

Augustin. Numerus imperfectus interitum significat

1. Cor. 11. 19.

In solitudine impij discipulatio peccati.

Seneca

Eccles. 10. 8.

que coalesceret scelerum plenitudo. Impleverunt mensuram habitatores Chanaan, & pro illis expulsus subrogati tota summa filiorum Israel.

Malucud.

Fortē pro quando.

Caictan.

Deus potens uirtute suavitatis ordinis non potest.

Eccle. 10. 17.

Exod. 13. 18.

Ioseph.

Idem.

Cuncta cadunt rebus, Deo adiutore & homine cooperante.

Augustin.

Ruf. Feli.

Genebrard

1. Paral. 7. 21.

Briet.

Filij Ephraim nepotes Ioseph, an d. Gethai interfecti.

7 Deus circumduxit Israel per viam deserti, quae est iuxta Mare-rubrum, quia sumergere decreverat in eo Pharaonem & exercitum eius, quod via recta fieri naturaliter nequibat. Longo circuitu fecit, ut ad sinum Arabicum deieceret (inquit hic Malucud.) potissimum ut ibi vim miraculorum suorum ostendat. Non per viam terrae Philisthij, quae vicina est, reputans ne forte (pro Ne quando) pœniteret eum, si vidisset, aversum se bella consurgere. Quid si ad Raphidim pugnavit contra Amalec? Ita Exod. 17. à 8. Caictanus inquit: In hoc ducatu non habuit Deus ratonem suae potentiae, sed suavis ordinis, considerata conditione filiorum Israel, qui non erant exercitati ad bellum. Sanè Deus nolit uti potentia, qua quibat, si veller, hostes consternere & exterminare: at quid dicit de incursum Amalecitarum? Iam Hebraei post 48. dies habiles erant in pugnam, ut de Philisthaeis sicine non valeret reportare victoriam? Fortiter & suaviter Dominus disponit omnia. Unde Sapiens inquit: Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quae fiunt sub Sole. & quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniat, etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Post facta cognoscimus mirabilia. Potuit Deus continere Philisthaeos, sed noluit per se solum facere; quod tunc necessarium, quippe ceteri armati ascenderunt filij Israel de Aegypto (quod nonnulli allegoricè, & non physice sumunt) haud erant arma in insultum, sed in ornatum: non offensiva, sed defensiva: alias non ita timerent ad Mare Aegyptios supervenientes, cum essent plures, & instructi validis armis. Exod. 14. 10. & Numer. 1. à 45. In via Philisthij essent inermes: in Raphidim erant accincti & armatura gravi. Hortatur Moyses (ait Ioseph. 3. Antiq. cap. 2.) nihil aliud quam victoriam cogitarent: neve reputarent, quod armis, pecunijs, commatu & alijs huiusmodi praesidijs sint inferiores: ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit, atque ita instructos & animatos Iesu & Deo committit. Unde arma habuerint, quibus hostes repellere internecone possent; dicit idem d. lib. 2. cap. 7. Postera vero die cum astus & ventus arma Aegyptiorum in littus expulisset, in quo tunc Hebraei castra posuerant: Moyses id quoque divina providentia factum, interpretatus, ne post haec intermes essent, & collecta vitima distribuit: atque ita iam probe munus ad Sinam montem duxit. Praeter dicta, liquet causa cur hac via, & non Philisthaeis proxima, ducti sint filij Israel in terram Chanaan, Deo simul fungente munere suavis ordinis, mirificè potentis, in hominibus excusata occasione otiositatis; ita ut nihil egerint, & cuncta in finem ad optata cadent. Hic ostenditur (inquit August. quaest. 49. in Exod.) omnia fieri debere, quae consilio rectè fieri possunt, ad evitanda quae adversa sunt; etiam cum Deus apertissime adiutor est. Unde Rufus Feli. fab. 32. accinit:

Frustra dispositi considerans Numina votis  
Ferre suis rebus, cum resideret, opem.  
Disce tamen pigris non stecti Numina votis:  
Praesentesque adhibe, cum facis ipse Deo.

8 Etiam obex potuit esse, ne proficisceretur per viam Philisthij, pavor ex recenti interitu filiorum Ephraim. Filij Ephraim (ait Genebrard. Chronolog. Ann. 2. 239.) Israelitas ante tempus conati sunt introducere in terram sanctam, quam tamen Arabae sciebant esse promissam: sed frustra, quia Deus decreverat alio modo eos ex Aegypto educere. Caesi sunt magna clade à filijs Geth indigenis. Sumit ex R. Chinhi in Talmud, ex quibusdam suspiciosum esse, ni videretur indicari, 1. Paral. 7. 21. ubi: Occiderunt eos vii Geth indigena, quia descenderant ut invaderent possessionem eorum: luxit igitur Ephraim, pater eorum multis diebus. Articulum praesentem, & antilogiam ex testimonio Numer. 26. à vers. 35. exposuimus in Ephemer. 11. Ian. num. 2. Ibi videtur, Briet. in Chronolog. ann. 2401. antilogiam effugit, sed non videtur esse. Gethai pradones (inquit irruentes in Aegyptum, Hebraeorum vicinorum pecora conati sunt abigere. Occurrerunt eis novem fratres, Ephraim filij, Iosephi nepotes, qui dum fortius, quam cautius in grassatores, viros bellicosos irruunt, eorum insidijs intercepti, dum fratri frater fert suspectas, internecione caeciderunt. Non est antichesis de articulo, sed tantum de filijs Patriarchae Ephraim, qui hic dicuntur gladio occisi, cum filij Ephraim, nepotes Ioseph, & eorum familiae recensentur loc. Numer. cit. Vide an alius fuerit Ephraim, & non filius immediatus Iosephi, filij Iacob, cuius octogenarij filius Beria; apud Malucud. loc. pra-

praef. Paralip. Deinde, quia recens nequibat esse in formidinem exemplum, cum Ephraimitarum caedes facta esset centum & triginta tribus retrò annis iuxta computationem Turfellini & Brietij. Aptius in exemplum & cautionem Paraphraestes Chaldaei in Cant. 2. 7. ubi legitur de Moysae coercente bambaliones thraconice Israelitas: Adiuvo te Ecclesia Israel in Domino exercituum & in fortitudinibus terrae Israel, ne contendatis ascendere ad terram Chanaan, donec sit voluntas à facie Domini, & consumatur tota generatio virorum bellatorum, & moriantur de medio castrorum; sicut superbiunt fratres vestri, filij Ephraim, qui ex Aegypto egressi sunt triginta annis, antequam pervenisset finis, & caeciderunt in manu Philisthinorum, qui habitabant in Geth, & occiderunt eos. Hoccine recens periculum tertere eos quibat, & premere corpus incerne, & imbecillum animum, ut circumventi validis hostibus reverterentur in Aegyptum: quo intelligitur praefata sacra auctoritas: Non eos duxit Dominus per viam terrae Philisthij, quae vicina est, reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset aversum se bella consurgere, & reverteretur in Aegyptum: sed circumduxit per viam deserti, quae est iuxta Mare-rubrum.

9 Deus dux erat. Dominus solus dux eius fuit: Deuter. 32. 12. ministro Archangelo Michaelae, Synagoga Custode, ut modò est Ecclesiae, instructum Columnam, quae apparuit in indicem viae deserti. Dominus praecedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itaeris utroque tempore. S. Prosper. de Providen. à vers. 393. succinit: Moser.

Promovet, insigni sulco monstrante columnam  
Per deserta viam: quae formam in tempus utrumque  
Temperat, alternat ut tribuat vobis commoda castris,  
Luce tegens, & nocte regens, eadem ignis & umbram  
Discutiens flammis tenebras, & nubem calorem.

De Columna meteo. dixi fute, Tom. 3. Tautol. 4. à num. 14. An esset eadem qua die protegeret, atque noctu illuminaret, à nonnullis ambigitur; sed non à nobis, quippe perficuò constat tunc eandem esse in utrumque munus. Die qua erectum est Tabernaculum, operuò illud nubes: à vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane: sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Num. 9. à 13. Interdiu candorem amicum habebat nubis, noctu speciem ignis, idest, copiam splendoris: per diem se extendebat ut à Sole castra protegeret; per noctem se contrahebat, & condensabatur, ut fulgore collustraret. Ita Alcim. Avit. modulatur, lib. 5. vers. 431.

Ecce (novum dictu) caelo serdata sereno,  
Ferventi radio se iussa opponere nubes,  
Frigida condensum cumu. avit in aere tezmen.

10 Amplior inter Expositores difficultas, an scilicet nubes, quam Deus extendit in protectionem Israelitarum (de qua Num. 14. 14. Psalm. 104. 39. Sapien. 10. 17. 18. 3. & 19. 7. 1. Cor. 10. 1.) esset eadem cum columna nubis, de qua supra? Aliam arbitratur Iacob. Bonfrerius in Exod. 13. tum quia hac erat super illos, & nequiret eadem esse sic, & simul praecedere castra Israel: cum qua Num. 14. 14. dicitur: Habitatores terrae audierunt, quòd tu Domine in populo isto sis, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis praecedas eos per diem, & in columna ignis per noctem. Subdit Bonfrerius: Tria illa distinguit, nubem obumbrantem, columnam nubis, & columnam ignis. Iam tria? Ex ipso testimonio arguenda cogitatio. Etsi distinguit columnas nubis & ignis unam in utrumque munus, & non duas, aluit Bonfrerius: ergo si distinctio muneris non est distinctio entitatis; triplex officium exercetur ab eadem columna, protectionis scilicet, illuminationis, & refrigerij. Quid quòd praecederet in protectione castra Israel? Extensione etiam obumbrabat tota castra, ut protegeret ab astu, & illuminaret noctu; maxime postquam erectum Tabernaculum, illius columna sine protectione centrum. Cuiusque ablata fuisset nubes, qua Tabernaculum protegebat, tunc proficiscerentur. cap. 9. 17. nube duce, & etiam tota castra protegent; quin necessarium esset multiplicare columnas gratia & favore protectionis, sicut necessarium non fuit columnas nubis & ignis. Expositio genuina praefati textus est: Audierunt, quòd nubes tua protegat illos, & (pro Ioseph) in columna nubis praecedas eos per diem, & in (pro Quae) columna ignis per noctem. Si non eadem columna protectionis, quorsum & cuius usus columna nubis: Columna enim nubis protegebat, quippe univèrsa castra qua-

Paraphr. Chald.

Ubi supra

S. Prop.

An duplex

Alcim. Avit.

An triplex

Bonfr.

Alcim.

Et pro Idem & relati.

si tegmen obumbrabat, & Angelo aurigā viam in mansionem docebat, Alcim. Avic. di. vers. 473.

Obstupere viri primū, ac perterruit omnes,  
Incusitque metum novitas: tum luminis usu  
Paulatim cœleste iubar consuescere cepit.  
Proximus hanc sancti patres sensere sequendam,  
Et duce cœlesti gaudentes, protinus omnes  
Abrupte moras, castrisque excedere certant.  
Hec inter clarum rediens lux pandit Olympum:  
Flammae mox viso pallefcit Sole columna,  
In nubemque redit totus qui fulserat ignis.

ALAVIC

Columna ignis  
nocti  
pro recuperandis die  
bus.

Clem. Alex

Alia signum  
ia.

La Zerd.

Claud.

Curt.

Freinsh.

Fumus, &  
ignis signa  
olim in ca-  
stris.

Iul. Lipf.

Clem. Alex

Stella dux  
Magerum  
in viam.

Prudent.

11 Dæmon simia Dei eadem in cultum cogitavit, vel ethnificus finxit, vel denique auditum suis Heroibus ambiciosissime aptavit. De Trasylulo (expulsore triginia tyrannorum, expugnatis Athenis constitutorum à Lacedæmoniis, ut referunt Iustinus lib. 5. Hist. & Æmilius Probus in Vit. excell. viror. cum proficisceretur Athenas, occupato Phyle, castello munitissimo in Attica extremis) ait Clem. Alexandrin. 1. Seromat. cap. 13. Exules à Phyla reducebat, & latere volebat: dux sit columna, & Trasylulo noctū per loca non trita ingredienti, cum nec luceret Luna, hybernæque celum esset & caliginosum; videbatur ignis præcedens, qui cum eos citra ullam duxisset offensionem, defecit ubi nunc est ara Luciferæ. Ob huiusmodi è celo auxilium, Thebis specie Colosimineræ & Herculi statuas erexit; ut ait Pausan. cap. 290. Ex ea quæ est apud Hebræos historia (subdit Clemens) dicitur: T'ebanis estque columna. Artilides, Sacror. serm. Orat. 5. inquit: Quædam veluti zona per aerem totum ad viam extensa, nos ad templum ducebat, tegens pariter & colustrans. La-Zerda in illud Virgil. 2. Æneid. v. 632. Ducente Deo, sive flammas inter & hostes, num. 1. addit: Sunt qui fabulantur quæpiam de cœlesti stella, aut cœlesti ardore, quo ab hoc puncto temporis usus Æneas sit, beneficio Veneris; usquequædam perveniret in Italiam. Claudian. Panegy. Probrini & Olybrii, vers. 206. succinit:

— Signum dat summus hiulcã  
Nube Pater: gratamque facem per inane rotantes  
Prospira vibrati tenuerunt omnia nimbis.

Aliqua sparsa congeram lubitò in gratiam lectoris. Senec. in Herculo Etæo, vers. 462. Nox media Solem vidit. Pacuvius in Atalant. vers. 90. Flamma inter nubes coruscet. Manil. 1. Astron. cap. 1. vers. 94. In lucem vertere noctes: & lib. 5. vers. 707. Noctis sub extrema permittunt iura diei. Sil. Italic. 4. de Bell. Punic. vers. 88. Noctis fulgentibus umbris: lux aderat. Stat. 1. Silvar. 6. vers. 89. Collucet Polus ignibus, nihilque obscure patitur licere nocti. Ovid. Epist. 15. vers. 318. Canadior medio nox erat illa die.

12 Hinc usus Priscorum signandi per fumum & ignem operationes Castrorum. Si divise sint copie (ait Vegetius, lib. 3. cap. 5.) per noctem flammis, per diem fumo significavit socijs, quod aliter non potest nunciari. Curt. 5. Hist. Alexandr. cap. 2. Ergo peritican, qua undique conspici posses (inquit) supra Prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum: ignis noctū, fumus interdiū. Quo loco Freinshem. Peritica in extremitatibus annexa sunt lucernæ, pie & sulphure in altitudine clavisis flammæ suractis. Ibi plura ex pluribus testimonia, quæ videtis. Iust. Lipsius de Melit. Roman. lib. 4. cap. 12. nostram astruit cogitationem, & consuetudinis in solite originem. Ignis noctū, fumus interdiū. Hoc erat ergo signum profectiois (dicit) quemadmodum Israelitis castra moventibus per diem nubes, per noctem ignis præcedebat, signa à Deo assignata. & nunquam à castris recedentia: Num. 9. 15. Quadrant modo verba Clementis loc. cit. / et ex hoc (subdit) evadant ergo nostra Græcis credibilia: nempe, quod facere potest Deus Omnipotens, ut columna ignis Hebræos noctū præcedat, que etiam dux sit eorum itineris. Confirmavit Omnipotens portentum, in bella ductrice Magorum. Iuven. 1. Ewang. bistor. vers. 359.

2. In triplici die nuntius — Sese stella fulgentis ab ortu  
Admonitis venisse viam.  
Prudentius in Apotbeos, à vers. 675. & Mellius Soufa lib. 6. à vers. 3. de Magis Regib.  
Obscurum seclis presenti illuminat ore.  
Quis tam pennatus rapidoque simillimus Austro  
Nuntius, auroræ populos, atque ultima Bacitra

Attigit, illuxisse diem lætantibus hortis,  
Qua tener innupto penderet ab ubere Christus?  
Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera.

— Sunt certa magis data signa salutis  
Regibus humane, que fulgens stella reclusit  
Orbis ad Eoi fines, ubi Lucifer ortus  
Amplectens Aurora tuos, enunciat ignes  
Lampadis Astræe latum radiantis in orbem.  
Ecce iterum lux clara micat, summamque reducit  
Letitiam, conspecta Magis; ceu lumine gaudet  
Ostendente viam cœca sub nocte viator.  
Exultant sic luce Magi, quos prævia cursu  
Ante, & comites optata ad mœnia ducit.

Soufa

Adi Sedulium, 2. Carm. à v. 77. Alludit Virgil. d. à v. 694. sed floridius, appositi-  
tūque in nostrum propositum, Claudian. Panegy. de 4. Honor. Consul. à v. 78.

Nec tantum vicina nitent. Sol ardentior egit.  
Cuncta nitō: r' si que tuo Natura sereno.  
Imperij lux illa fuit: præfagus obibat  
Visa etiam medio populis mirantibus audax  
Stella die, aubitanda nihil, nec crine retuso  
Languida; sed quatus numeratur nocte Bootes:  
Emicuitque plagis alieni temporis hostes  
Ignis, & agnosce potuit, cum Luna lateret.

Claudian.

13 Sicine huiusmodi ministerio Deus filios Israël deduxit in via mirabili, com-  
modèque pergere quibant per deserta, que non habitabantur. Coripp. lib. 4.

Sapient.  
10. 17.

— Iubar axe sereno  
Emicuit, votisque præ sese obtulit illis,  
Lætificans cunctas felici lumine terras:  
Clara coruscantem lux auxerat altera lucem,  
Cum terris gaudente polo.

Coripp.

Totum hocce studium atque officium necessarium, ut populus subsistere possit in  
terra deserta & in via & iniquitate. Psalm. 62. 3. Vasta ergo erat solitudo. Num. 14. 2.  
Laxissima, Iosue 5. 6. nec habitata, nec habitabilis, uti videbimus. Unde qui nutrie-  
bantur in croceis, commodius quam delicijs civitatis (queruli quia sic nutriebantur)  
inmemores præteritæ servitutis, dixerunt Moysi & Aaroni: Quare nos adduxistis in lo-  
cum istum pessimum, qui servi non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogra-  
nata: Insuper & aquam non habet ad vivendum. O pessimum! Nunquid aliquid defuit vo-  
bis? Cuncta vobis & copiose, quasi non essetis in solitudine. Hic dicit Dominus: Qui d'  
incenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt sed me, & ambulaverunt  
post vanitatem, & vani facti sunt: & non (pro Nec) dixerunt: Ubi est Dominus, qui  
ascendere nos fecit de terra Egypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inha-  
bitabilem & in viam, per terram siti & imaginem mortis, per terram in qua non am-  
bulavit vir, neque habitavit homo? Minime respexerunt in beneficentia & libertatis  
donum, sed in periculum, quasi incidissent, aut possent incidere, & à ductore nequi-  
tenter maiora evadere (sicut illatentis experti) igitur miraculis ac portentis lætabat illos,  
ut per legem eius fierent populus, & illorum per virtutes Deus cognosceretur. Deus ad  
huiusmodi initiationem, invenit Israël in terra deserta, in loco horroris & vaste soli-  
tutinis, Maluenda & alij apud eum loc. citatis. Ululatu ventorum & ferarum horri-  
bilis solitudinis, & afflata aominabilis, in terra foveæ & sepulchri. Aquil. In terra in-  
culta; in abasibili, horroris plena. Hieronym. in Amos, 1. 2. Latæ eremi vastitate, Ie-  
rem. d. v. 2. in deserto, in terra, que non seminatur. Deuter. 8. 15. In solitudine ma-  
gna, atque terribili, in qua necessarius ductor, qui in columna præfata fuit Archangelus,  
haud per breve tempus, sed per annos quadraginta, & uti dicit Tautologia, non per  
desertum, sed per deserta; nimirum Sin, Eham, Cades, Paran, Cadel-barne, Cade-  
moth, Sur, Moab, Idumææ & Arabiæ; de quibus in Scriptura memoria, & descriptio  
in Republic. singularium regionum, & Geographis.

Et non pro  
Nec.

Ierem. 29

Deuter.

32.

14 Ioseph ac solitudine deserti Sur, via in Sina, 3. Antiq. cap. 1. inquit: Recen-  
tem lætitiæ ac desperato acceptæ salutis (transitu maris) officiosavit nonnihil itineris

Toseph. Quenam & qualia Israhelitarum deserta

Godofr.

Deserta arenosa & sabulosa maria. Adrian. Rom. Desertum Cedar.

Adrich.

Godofred.

Exod. 13. 20.

Vex originalis lingua pro significatio. ne vocis.

Exod. 15. 22.

molestia, quo per deserta in Sina montem ducebantur, quod emetienda esset regio difficilis propter ciborum & aquarum extremam inopiam, & ne brutis quidem alenatis, nedum hominibus, idonea: erat enim tota squalida, & nihil omnino humoris habens, unde fructus provenire solent. Talem autem viam necessario sunt ingressi, cum aliam non possent: desererebant secum aquam, priusquam desertum intrarent, bastam duce promonerit: ac nec se quidem satis bonam, vel quantum sufficeret, inveniebant. Ludovicus Godofredus in Archontolog. Cosmica, Adrian. Roman. in Theatr. Urbium, & Respubl. Arab. in excerptis dicitur. Veteres omnino sterilem iudicaverunt. Quicquid sit, constat fere desertum esse, & carere plerisque rebus ad vitam commode agenda necessarijs: desit tuitur autem maxime lignis & aqua dulci. Prope Danubium civitatem est Mare-arenosum, sive sabulosum, iuxta quod proficiscentes mercatores utuntur pyxide nautica, quasi si per mare periculosum proficiscerentur: & revera patiuntur pericula plurima, debentque supra camelos certis cistellis inclusi vehi, in quibus existentes, aerem bruvient per forminula: quod si ventos boheant adversos sumerguntur omnes homines arena. Desertum arenosum, qua iter Elia ad Sina, & erravit Agar, olim Cedar dictum, describit pariter Adrichom. in Simeon. num. 12. Terra tota est (ait) latissima, infrugifera, aquarum in egressu, solis adusta ardoribus, & qua aspectu sui horrorem visentibus incutit atrox hominibus, bestijs arboribus, gramminibus, abundat autem collibus & monticulis, non quidem usitatis, & solitis, sed ex arena, que vis ventorum in unum cumulum aggritur, ut quod in Occidente fieri videmus nive elevata, hoc ibi tenuissimo pulvere in modum fumi agitato, longe fiat mirabilis. Neque ibi ulla itineris ratio est: nam ut testatur Hieronymus, in Epitaph. Paula, cum arena sint mollissima pergentium vestigia subtrahunt, unac etiam arena ventorum staciu nunc hic, nunc illic diffiunt, & subito in altissimos montes erigatur: & quoniam nullis hic viarum callis apparet, ad cynosuram nauticam proficitionis sue scopum explorare debent: sed neque sic adhiberi tuti sunt, nam siqua sinistra fortuna contingeret, ut qui illac iter agunt, Austro ferrentur, ut Septentrione aguntur, sabulo obruti omnes occumberent. Ob id incolae camelis vehuntur, ovis inclusi ligni ducibus tamen pilotis, qui non aliter quam in undabundo mari pyxide & pagina ducuntur. Eundem vide de Deserto Sin, in Pharan, num. 90. Sur. num. 96. Cades, num. 21. Cadefbarne, num. 24. Etham, num. 41. Idumaea, num. 51. Cademoth, ibid. in Ruben, num. 22. Moab, num. 51. Arabia, ibid. in Manass. 2. num. 43. de quo Godofred. d. subdit: Qui per Arabiam Desertam iter faciunt; ductum Solis & stellarum sequi coguntur, ob latissimos campos arena teptos.

15 Notandum tamen quod cum dicitur Desertum Etham, per Etham non est intelligendum nomen proprium deserti; sed de deserto magno arenoso, & Sochoth ad Mare-Rubrum. Alias si proprium nomen esset, qui ex Etham transferunt mare, in eodem loco post transitum invenirentur: igitur Numer. 33. 8. dicitur Transferunt per medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Mara. Etham ergo Hebraice sonat Magnum, seu Fortem: voxque Hebraica inserta est pro significatione vocis, ut 1. Paralip. 11. 20. Ariel pro leone; & Prov. 31. 24. Chanaan. us pro mercatore (de qua regula sapie egi) quare sensus periodi est, non desertum Ethma, sed Desertum magnum valte scilicet extensionis, quod quidem cis & ultra Mare-Rubrum: cis, a Sochoth, usque Beelsephon iuxta mare, quod vers. 20. dicitur Extremum solitudinis: ultra, a littore usque ad Sina. Quia uti nomen proprium acceptum Etham; deviarunt a veritate Abulensis, Burgenfis, pluresque Rabbinii, arbitantes Israelitas Mrre-Rubrum non transisse a littore in littus, sed per mare aliquatenus apertum introisse, & semicirculum efformando rediisse in idem littus, tunc non in eundem litoris locum: igitur exierunt a littore Etham; & in littore Etham ex egressu inventi sunt, a quo loco ambulantes tribus diebus, castrametati sunt in Mara. Etham ergo cum significet magnitudinem: qua est deserti a Sochoth, & usque ad Sina indicat, quasi magna solitudinis utrinde vastitas. Patet Numer. loc. cit. dicitur Etham, Exod. 15. 22. Desertum Sur, Tuit Moyses Israel de Mari-Rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem, & non inveniebant aquam: & venerunt in Mara. Sur ergo nomen proprium illius deserti, non Etham; quo enervantur cogitationes praef. AA. igitur egrediendo inventi sunt Israelitae in deserto Sur, qui dicitur adiective Etham, quippe extensione magnum, latum & longum.

16 Comprehenditur modo, quid dixerit Psalmista, dum de Numine protulit: Tu

ficcasti fluvios Etham. Si terra deserta & inaquosa, quamam ibi inventa flumina? Adrichom. in Pharan. num. 42. Est & fluvius Etham, quem sicco alpeo transferunt Israhelites. Rihs & detusus. Sensus est: Tu ficcasti fluvios magnos. Hieronym. Epist. 127. Manass. 3. Tu dirupisti fluvios Etham, id est, fortes. Maluend. Fluvios duritia, immanes, rapidos, ingentes. Genebr. Fluvios fortitudinis, vehementes. Quinam, exprimit Chald. Tu excicasti cada fluviorum, Arnon, Jacob, & Jordanis, qui erant vehementes & rapidi: quos sicco pede transierunt Hebraei. Num. 21. 14. & Israh. 3. 16. Huiusmodi usum & Scriptura phrae, quatenus desertum dicitur Etham, id est, magnum; delicatur quid signet geminatio: Quae non habet abantur, dum praemissum Deserta; quae quidem ita sunt, quippequam non habitantur. Dum iteratione vocum, vel diversitate linguarum idem in cognitionem profertur; nimium significatur. Exod. 3. 1. dicitur: Moyses cum minaret gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei (id est, altissimi) Horeb. Idem hic quod dictum de Etham. Horeb idem est ac desertum, solitudo, siccitas: & ad interiora deserti, additur Horeb, quod desertum; ut fignetur maxima in extrema solitudine. Quod desertum deserti, solitudinis solitudo, cremus sola, ac inter solitudines & deserta arida, magis deserta. Quod Horeb sonet desertum, liquet Exod. 17. 6. dicitur: Supra petram Horeb. Psalm. 94. 8. In deserto. Ibid. 77. 15. Petram in eremo: & Isai. 16. 1. De petra deserti. Non fecus in praesenti Tautologia: Per deserta, quae non habitantur: hoc est, sterilitera, inculcissima, ignota. Quasi myrica in deserto: habitabit in siccitate, in deserto, in terra saluginis, & inhabitabilis. Ierem. 17. 6. Solitudines avias. Apuleius, 1. Metam. & iterat lib. 4. Beroald. hic: Inaccessas, invidas & via carentes. Valer. Maxim. 1. cap. 7. num. 5. Per loca deserta, & invidas regiones vaganti. Senec. Cosol. ad Helv. cap. 6. Per invidia, per incognita: & Plaut. in Rudent. Act. 1. scen. 5. v. 17. In locis nefcisi nefcisi spes, & miseriarum anbarum. Floridissime in rem Ioann. Mellius Soufa de Concep. Virgin. a. v. 110. accinit:

Hunc etiam populum longis erroribus actum Per steriles Arabum terras, & inospita resqua, Perque inculta, diu Dominus satiaxit opimo amara vita.

17 Non solum signatur solitudinis, sed earum conditiones; ut constat quamam & qualia deserta, quae non habitantur, imo inculta, sine animalibus, sine arboribus, sine gramminibus, aspectu terram, & ecce vacua erat & nihil: & caelis, & non erat lux in eis: intuitu sum, & non erat homo, & omne volatile caeli necisit. Ierem. 4. a. 23. Extrema profectio nuditas calamitas, ac maellitia: ubi terra, terra, & terra. Ibid. 22. 20. Ita deserta, quae non habitantur, per quae proficiscbantur filii Israel in Chanaan. Non solum iter desertum, sed solitudo solitudinum: inter deserta, maxima; absconditaque magis inter ignota & inculta. Scytharum solitudines (dicit illis Orator ad Alexandrum, ut refert Curtius, lib. 7. cap. 8.) Graecis etiam proverbij audio eludi: at nos deserta & humano cultu vacua, magis quam urbes & opulentos agros sequimur. Astruit Erasim. Adag. Chilliad. 3. Centur. 5. n. 94. Plutarch. de Stoicor. contrariet. n. 33. & Aristophan. meminit in Acharnesi, Act. 2. scen. 6. v. 11. quasi summa solitudo solitudines Scytharum. Hac de causa Nomades dicti quasi pascuales vel pastores habitantes in planstris. Scythae Nomades nec serentes quicquam, neque arantes (inquit Herodot. lib. 3. n. 6. Nuda autem arboribus est huiusmodi plaga. Deserta hominibus regio. Adi Ravi. Textor. 7. Officin. cap. 48. De solitudine Aethiopia Senec. 3. de Ira, cap. 20. narrat: Non provissis commeatibus, non exploratis itinibus, per invidia, per arenia trahebat Cambyzes omnem bello utilem turbam; cui intra primum iter aevant necessaria, nec quicquam sub ministrabat sterilis & inculta, humanoque ignota vestigio regio. Ampliora refert de eodem eunte in templum Ammonis, idem 2. Natur. qq. cap. 10. quae excerptis ex Herodoto d. n. 10. dicente: Fertur quum eius milites per arenam iter facerent, iamque fere medio spatio inter Oasin & Ammonios praerenderent; ingressisse magnum ac validum Austrum: & ingestis arenae cumulis eos obruisse; atque tunc in modum illos ex conpectu sublatos. Patet ex descriptione, ac exitu deierti condicio, & maxima solitudo.

18 Solum, si solum, dicitur desertum, quasi non fatum, signans solitarium locum: quippe cum terra ex se conditione ferax; non terra quae terra nuda, vel ubi sterilis calcatur arena. Terra sine hominibus dicitur desertum; sine arboribus, solitudo: ubi vero terra nuda, utroque carens, appellatur desertum solitudinis. Quo intelligitur illud le-

Psal. 75. 16.

Adrich.

Etham pro magno.

Exposit. 2.

Nomen Dei pro superioribus.

Etiam vocum gemina solitudo.

Mell Souf.

Deserta solitudo adialis deserti.

Exposit. 24.

Curti.

Herodoti Desertum Aethiopiae, Senec.

Herodoti.

Ier 17. 10. Quid inter defertum & desertum solitudinis

remia: Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis: de solatione desolata est omnis terra: et ceterum sine ornatu solitudo, sine hominibus desertum: desolata quia non est habitator; & de solatione, quia sine cultu. Desertum ita describitur a Iobo, 38. 26. Super terram absque homine, in deserto ubi nullus mortalium commoratur. Euripid. in Andromach. v. 18. Desertum, scilicet ab hominibus fugiens presentiam hominum. Sophocles in Philoct. v. 31. Vacuum habitacionem, sine hominibus. Q. Calaber. l. 7. v. 45. Insula deserta, procul ab hominibus. Virgil. in Aeneid. v. 544. Iuga longa peribat solorum memororum. Horat. 1. Epist. 14. v. 19. Deserta & inospita terra. Similiter solitudo, ubi sine naturali cultu terra. Columell. lib. 6. cap. 1. & Turneb. 29. Adversus, cap. 1. Purum solum sine herba est, opponiturque grammoso. Locus purus, non edificatus, ut area: puro solo gaudeat. Cicero. 1. ad Attic. Epist. 18. Non homo, sed litus, atque aer & solitudo mera. Terent. in Phormion. Act. 5. scen. 7. v. 86. In solas terras. Constat ex Sapient. 10. 7. Quibus in testimonium nequitiae f. migabunda constat deserta terra. Unde quod utroque caret, desertum dicitur solitudinis. Seneca. 4. de Benef. cap. 19. In medio intervallo huius & alterius caeli desertus, sine animalibus, sine homine, sine re. Sophocles. d. v. 34. Alia deserta sola: nihil est sub caelo. Euripid. in Bacchis, v. 609. Cum haberem desertam solitudinem. Hoc in sensu dicitur Pleonasmus, Deserta, quae non habitantur: q. d. Deserta sola, terra & terra; quo nihil sensibus delectabile, neque aliquo in mansionem levi mulcimine. Dicit, ubi dandum, Terentius:

Columell.

Senec.

Expofit. 3.

Terent.

Apulei.

Beroald.

Quid inter solum huius non & solitudinis

Gran.

Apul.

Aristotel.

Tibull.

Solitudo quid animi & quod loci.

Mantuan.

Affus secundu pro primo, & adiectiva pro nominibus in Bilia.

In solas terras; In lu redactus sum loci, Ut quid agam cum illo, nec sciam profum.

19 Paret discrimen inter solum hominem & solitarium. Ita leges apud Apuleium d. lib. 4. Solus ac solitarius parva, sed satis munita dominum consentu. Philipp. Berroald. Solitarium nova dicenti elocutione deducit. alioqui solitarius a solitare & solitudine dicitur; iuxta illud Ciceronis: Natura nihil solitarium amat. Hinc solitarius & solitudo. Solus dicitur, ubi sunt alij, sed praesentes non sunt; vel homo secum est, quasi non essent praesentes. Solitarius, ubi alij non sunt, sicut in solitudine: quare solitas est respectu hominum: solitudo autem respectu locorum. Enric. Gran D. sicut. 2. Exempl. 185. in Specul. inquit: Habitabat in loco nimis deserto: erat enim solus in eo solitarius. Solitarius, scilicet, respectu loci; & solus, quia sine socio in illa solitaria solitudine. Itera terminos lib. 9. Apuleius, & 1. Apolog. subdit: Crates multis servis esse remoris solitatem delegit: arbores plurimas & frugiferas pro uno baculo spreovit: villas & ornatisimas una perula mutavit. En solitudo: equidem a cunctis discedens, vivebat in mundo solus & solitarius. Subit mentem, quod valde juvenis legi (liber ad manum non est) in Florilegio Dominic. Nani, quasi dictum (arbitror fictum) ab Aristotele: Si Deus non esset in personis Trinus, sequeretur, quod esset solus, vel solitarius. Solus, quia societas expetit aequalitatem: solitarius, quia nullam quibus aequatam habere communicationem. Solus enim est homo, si non alter, qui societatem efferret, ut in paradiso habitet. Non est bonus hominem esse solum. Genes. 2. 18. Hebr. Solitario, fingit ei. Tibull. lib. 4. Epigr. 13. v. 9. inquit:

Sic ego secretis passum bene vivere silvis, Quia nulla humano sit via trita pedes Multoties ad animum metaphorice reducit solitudo. Thren. 3. 28. Sedebit solitarius. Elth. 14. 3. Adhuc me solitariam. Saltaria, est esset in Regia & puellis committatur; quia illo animus in periculo, protectione carebat & adiutorio. Vide quo diximus, Tom. 4. T. 8. n. 27. ad illud Iai. Ego desituta & sola, quod quidem cit argumentum Didasc. 1. Mantuan. Eclog. 1. vers. 172.

Sola, quod in vastam nondum discessit eremum. Nec satis a nobis procul in deserta recessit. 20 Haud voluntaria Hebraei solitudo, tamen soli non esset, quia per deserta sedebant in fastidium solitarij: igitur per illa ducebantur, quae non habitata. Immemor servitutis in urbe, in deserto flocci ducebant beneficium libertatis; cum animus in gratitudinem querere debebat solitudinis invamen, ut ille alius, de quo Ovidius, 12. Metam. fab. 11.

Oderat hic urbes, nitidaeque remotus ab aula Secretos montes.

Iter, est invidie, fecerunt per deserta, quae non habitantur: id est, non erant habitabilia, actu secundo pro primo signato. Terra inhabitata; Iai. 62. 4. q. d. Terra inhabitabilis.

habitabilis. Saep in Sacra pagina adiectiva pro nominibus in Bilia. Ierem. 50. 9. Babylon non est sanata: id est, non sanabilis. Marc. 14. 61. Filius Dei benedicti: nimirum, laudabilis. 1. Reg. 22. 28. Vestitus ephod: puta, vestibiles. Iosephus, 6. Antiq. cap. 14. Honorator (pro Honorabiles) dignitatibus privant. Virgil. 3. Aeneid. v. 450. Curfus dabit venerata Sacerdos: pro Venerabilis. Alibi egi, & saepe. Pariter in praesentiarum, Terra inhabitata pro inhabitabili fumenda est. Vid. Tom. 7. T. 5. n. 4. Constat ex Scriptura, Ierem. 6. 8. Ponam te desertam terram inhabitabilem. 2. 6. Solitudinem, urbes inhabitabiles. Hieronym. Haye, & Milva. Eremum inhabitabilem. Unde per deserta quae non habitantur, intelligitur incommodum habitacionis, q. d. deserta, quae habitari non poterant. Maluend. Per inhabitabile desertum. Ad rem Sophocles. d. v. 5. 5. Eamus intra inhabitatam habitacionem. Per obices & angustias, illa deserta non solum deserta, sed in via, & inhabitabiles solitudines. Ibid. Regia Compl. In inaccessibilibus fixerunt Tabernacula. Erraverunt in invio & non in via. Bernard. de Divers. Ierem. 1. n. 3. Neque enim in via est lata via. Rectitudo quippe ad viam. Solitudo in via, lata via est: & ubi nulla est via, totum est via. Alia videtur, Tom. 5. T. 2. n. 23. Non est via, ubi non est via; & quod insigne miraculum, illis fastidium; quia facta sunt illis via, in via deserta. In deserto, in terra quae non seminatur. Ierem. 2. 2. Homer. 9. Odys. v. 108. Neque plantant manibus plantam, neque arant. Euripid. in Bacch. v. 122. In solitudinem, deserta loca. Sophocles. in Oeasip. in Colon. v. 38. Locus intangibilis, neque habitabilis: horrenda Dea illum habent. Virgil. 2. Aeneid. v. 28.

Ierem. 6. 8.

Expofitio 4.

Pf. 106. 40

Bernard.

Virgil.

Epitaph.

Hypallage.

Genebr.

Sapient. 10

17.

Expofitio 5.

Bebeosis.

Pf. 68. 26.

Ag. 1. 10.

Comparatio sine verbis.

Exergasia.

Ierem. 44.

2. Geminatio pro altero.

bi.

Expofitio 6.

Et pro 2. Quia

lect. 4. 2.

Deserto quo videre locos, litusque reliquum. 21 Cuncta, praet auguror, geminantur; ut demonstretur horror deserti, & per Epitaphum hyperbolicam clareat quanta & qualis solitudo. Ierem. 51. 43. In suprema terra inhabitabilis & deserta: terra in qua nullus habitat, nectransit per eam filius hominis. Psalm. 106. 4. Erraverunt in solitudine, in iniquo: viam civitatis habitaculi (Hypallage, pro Habitaculi civitatis) non invenerunt. Genebr. hic refert ad statum populi excentis ex Aegypto, & per deserta Saracenicam in terram Chanaan tractant. In iniquo: in solitudine non qualibet, sed arenosa, siccis & aquis destituta, in qua nullum erat oppidum. Vid. Tom. 5. T. 2. n. 22. Propterea ut amplius eluceret via mirabilis; pro ipsius deserta deduxit solitudinis, ut invenirent civitatem habitacionis. Hinc pro incommodo loco, dicit Alian. 5. Histor. animal. cap. 38. In deserta solitudine: quasi non solum ratione loci, sed incommodi manifestis qua de causa ibi nullus valet habitare: etenim plura sunt profecto habitabilia, quamvis deserta: verum filij Israel iter fecerunt per deserta, sed non habitabilia.

22 In expositionis claritatem, notandum est Hebraismus, quo multoties in certitudine vel assertionem rei (de qua sermo) vel pro idiomatis superlativo, quo caret Hebraei, utitur Scripturae: rhetoricque huiusmodi schema dicitur Bebeosis, quo exprimitur affirmatio, & magis astringit negatione contrarij, affirmationis & quipollentis: ut Confessus est, & non negavit. Ioann. 1. 20. Firmabitur in illo & non flectetur. Eccl. 1. 5. 3. Spiritus pertransibit in illo & non subsistet. Psalm. 102. 16. Etiam Hellenismus est. Homer. 3. Odys. v. 348. Veste carent, nec opera habent. Iliad. 20. v. 454. Vtorem dimitterent, neque interficerent. Euripid. in Orest. v. 205. Caelebs & sine liberis: in Aelst. v. 355. Me excepit hospitio, nec abegit. His intelligitur illud Pf. 68. & Act. 1. Fiat habitatio eorum deserta, & non sit qui habitet in ea: hoc est, ita deserta praehorore sit; ut non sit qui possit in ea manere, imo nec per illam pertransire: q. d. deleritissima, quod exergasia distinctis vocibus, idem significantibus solet indicari pro rei summittare, & maximo quod sic, ultra quod nihil est. Ierem. 49. 13. In solitudinem, in opprobrium, & in desertum & in maledictionem. Quod quidem alibi per Bebeo sim ostenditur. Urbes Iuda ecce deserta sunt hodie & non est in eis habitator, quasi penitus, omnino, funditusque deserta: quo etiam sensu interpretari possumus Tautologiam principem. It fecerunt per deserta, quae non habitantur: id est, quae nullam habebant habitacionem, neque ad habitandum, pagum, castellum, vel civitatem.

Deserta per avia. Quae sedes hominum nulli posuere coloni.

23 Deserta sane urbes & (pro Quia) non est in eis habitator. Non sunt inhabitabiles, sicut deserta, per quae iter fecerunt filij Israel; sed inhabitata; habitantur civitates Iuda, cum converterit Dominus captivitatem Sion, & edificaverit muri Ierusalem. Revertere ergo Israel, revertere ad civitates tuas istas, Mons sanctus, & habitabit in Ierusalem. Tom. VIII. Taut. B 2